

Guido Faba

*Excellentie vestre
sollicitudo laudabilis nostre*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Guido Faba

*Excellentie vestre
sollicitudo laudabilis nostre*

1226-1228

Excellentie vestre sollicitudo laudabilis nostre dilectionis litteras antecessit, in quibus quod audistis vobis gaudium nuntiamus, de magna gratia quam nobis contulit rex celestis; qui non peccantis merita sed ancille humilitatem considerans, ex utero senectutis misericorditer voluit quod filius nasceretur, de cuius ortu letantur parentes et exultant omnes consanguinei et amici, magnificantes nobiscum omnipotentiam creatoris, qui servis suis tam benigno favore voluit providere.

Et quia super hoc vestram excellentiam multipliciter cognovimus gratulari, omni tempore vobis tenemur ad grates, servitia, et honores; pro quibus ille qui vere dicitur gloriosus vestre bonitati respondere dignetur et omne vestrum desiderium adimplere.